Solue vincula reis. profer lumen cecis.
mala nostra pelle. bona cuncta posce
Monstra te esse matrem sumat per te pre
ces qui pro nobis natus. tulit esse
tuus. Virgo singularis inter omnes
mitis. nos culpis solutos mites fac
& castos. Vitam presta puram iter pa
ra tutum. ut videntes iesum
semp collętemur. Sit laus deo pa
tri summo. xpo decus spiritui sancto

Tribus honor unus. amen. Versus
Diffusa est gr̃a in labijs tuis. Ꝛ̄n
Propterea benedixit te deus in eter
num. Ad magnificat ant̄
Beata mater. canticum.
Magnificat anima mea dominum
Et exultauit spiritus meus in
deo salutari meo. Quia respexit humi
litatem ancille sue. ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes generatio
nes. Quia fecit michi magna qui
potens est. et scm̃ nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in pro
genies timentibus eum. Fecit po
tentiam in brachio suo. dispersit sup
bos mente cordis sui. Deposuit po
tentes de sede. et exaltauit humiles.
Esurientes implenit bonis. et
divites dimisit inanes. Suscepit
israel puerum suum recordatus misericor

die sue. Sicut locutus est ad patres
nros. Abrahe et semini eius in secula
Gloria patri et filio. Sicut erat et̃.
Ant̄ Beata mater et intacta virgo glo
riosa regina mundi intercede pro nob
is ad dominum. Kyrieleyson. Xp̃e ley
son. Kyrieleyson. V. Omne
quando oronem meam. Ꝛ̄. Et dirige
gressus meos ad te venire. Oremus. Oro.
Concede nos famulos tuos que
sumus domine deus. perpetua
mentis et corporis sanitate gaudere
et gloriose b̃te marie semp̃ virginis
intercessione a presenti liberari tristitia
et eterna perfrui letitia. p̃ xp̃m dominum
nostrum Amen. Sancti dei omnes in
tercedant pro nob̃ quorum
q̃ festa colimus. Letamini in domino et
exultate iusti. Et gloriamini omnes
recti corde. Oremus. Oro.

Rotege dñe populum tuum
et apostolorum tuorum petri
pauli atq; aliorum apostolorũ patrocinio
confidentem ppetua defensione confirma.
Omnes sancti tui qs domine nos
ubiq; adiuuent ut dum eorũ me
ritis recolimus patrocinia sentiamus
et pacem tuam nostris concedas
temporibz. ab ecclesia tua cun
ctam repelle nequitiam. uer actus q
uoluntates nras et omniũ famulo
rum tuorum in salutis tue pspera dispo
ne. benefactoribus nris sempiterna
bona retribue et omnibz fidelibus de
functis requiem eternã concede. Per
dñm nrm ihm xpm filiũ tuum qui
tecum uiuit et regnat in unitate spiritus
sancti deus. p omnia secula seculo
rum Amen. ℟. Dominc exaudi
oronem meam. ℟. Et clamor meus

Sid tuemur. ℟. Benedicamus do
mino. ℟. Deo gratias. Responsio.
Hoc lumen animę per misericordiam dei re
quiescant in pace. Amen. Ad cõpletõ.
Benedicamus domino.
Benedicat nos deus sa
lutaris noster. ℟.
Et mittat iram suam
a nobis. Versus.
Deus in adiutorium meum intende
Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula seculorum. Amen
Alleluia. ps
Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc israel. Sepe
expugnauerunt me a iuuentute mea.
et enim non potuerunt michi. Sup

dorsum meum fabricauerunt peccato
res. prolongauerunt iniquitatem
suam. Dominus iustus concidit
cervices peccatorum. confundant et
conuertantur retrorsum omnes qui
odierunt Sion. Fiant sicut fenum
tectorum quod priusquam evellatur exaruit
De quo non implevit manum suam
qui metit et sinum suum qui manipu
los colligit. Et non dixerunt qui pre
teribant benedictio dñi super nos. be
nediximus vobis in nomine dñi
m. Gloria patri et filio. Sicut erat.

De profundis clamavi ad te dñe.
dñe exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes in vocem
deprecationis mee. Si iniquitates
observaveris dñe. dñe quis sustine
bit. Quia apud te propitiatio est
et propter legem tuam sustinui te do

mine. Sustinuit anima mea in verbo
eius. Speravit anima mea in domino. A
custodia matutina usque ad noctem
speret israel in domino. Quia apud
dominum misericordia et copiosa apud
eum redemptio. Et ipse redimet israel
omnibus iniquitatibus eius. Gloria
patri et. Sicut erat.

Domine non est exaltatum cor meum
neque elati sunt oculi mei
neque ambulavi in magnis neque in mi
rabilibus super me. Si non humiliter sen
tiebam. sed exaltavi animam meam
Sicut ablactatus est super matrem
suam. ita retributio in anima mea
Speret israel in domino ex hoc nunc et usque
in seculum. Gloria patri. Sicut et
Memento salutis auctor quod mi
serabilem corporis exhalabat ur
gine nascendo formam sumpsens.

Ancta mater gratie mater misericordie tu nos ab hoste protege et in hora mortis suscipe. Ave maria. Gratia tibi domine qui natus es de virgine cum patre sancto spiritu in sempiterna secula amen. Caplm.

Ecce mater pulcre dilectionis et timoris et magnitudinis et sancte spei. Ecce genitrix. Ora pro nobis sancta genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus xpi. Antiphona.

Sub tuum presidium. ps dñi.

Nunc dimittis seruum tuum dñe. secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium. et gloriam plebis tue israel. Ave pia. Sicut ꝛc. Antiphona.

Sub tuum presidium confugimus sancta dei genitrix. nras deprecationes ne despicias in necessitatibus. sed a cunctis periculis libera nos semper virgo benedicta. Domine exaudi oronem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus. Oratio.

Ecclie et gliose semper virginis marie que sumus die in occasu gloriosa nos protegat. et ad vitam eternam perducat. per xpm dñm nrm. amen.

Sancta dei omnes intercedite. digne eam pro nra omniumq; salute. Versus.

Letamini in domino et exultate iusti. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster. et apostolor tuor pauli et petri apostolorum ac omnium sanctor quorum confidimus patrocinia. quo rum donasti fideles ce doctrinas. Oratio.

Omnes sancti tui quesumus nos die ac nocte adiuvent. ut dum eorum meritis recolimus patrocinia sentiamus.

Et pacem tuam nr̃is ꝯcede tẽpo
nbus et ab ecclesia tua cunctaꝝ
repelle nequitiam. uer actis q uolũ
tates nr̃as. q omnium famulorum
tuorum in salutis tue pspectate dis
pone. benefactoribꝫ nr̃is sempiterna
bona retribue. q omnibꝫ fidelibꝫ de
functis requiẽ etnam ꝯcede. ꝑ dñm
nr̃m ybin xp̃m filiũ tuũ. qui tecum
uiuit q regnat in unitate spũs sancti
deus p oĩa secula seculoꝝ. amen
Dominе exaudi oꝛonem meam. ℣.
Et clamoꝛ meus ad te ueniat. ℟.
Benedicat q exaudiat nos oĩpotens
q miſicoꝛs dominus pater filius q
spiritus sanctus. Amẽ.
Salue regina miſicordie uita
dulcedo q spes nr̃a salue. ad te
clamamus exules filii eue. ad te su
spiramus gementes q flentes in
hac lacrimarum ualle. eya ergo ad
uocata nr̃a illos tuos miſicordes
oculos ad nos conuerte. Et yhesum
benedictum fructum uentris tui. q
nobis post hoc exilium ostende. o de
mens o pia o dulcis uirgo maria.
Regnare me laudare te uirgo sacrata
Da mihi uirtutem contra hostes tuos.
Aue maria gratia plena dominus te
cum. Benedicta tu in mulieribus q
benedictus fructus uentris tui. ℣.
Dominе exaudi orationẽ meam. ℟
Et clamoꝛ meus ad te ueniat.
Oremus. oratio.
Omnipotens sempiterne deus q
qui gloriose uirginis matris q
mane corpus q aiam ut dignum filii
tui habitaculum effici mereretur spũ
to sancto cooperante preparasti. da
ut cuius memoratione letamur ea

pua intercessione ab instantibus ma
lis et a morte ppetua liberemur: Dñe do
minum nrm ihm xpm filium tuum
qui tecum uiuit et regnat in unitate
spiritus scī deus. p omnia secula secu
lorum. Amen. ℣. Domine exaudi
orationem. ℟. Et clamor meus ad te
ueniat. ℣. Benedicamus dño.
℟. Deo gratias. ℟. Fidelium animę
p misericordiam dei requiescant in pace
Amen.

Supascptum officium debet fieri
die dominico die lune et die iouis. su
pscpta psalmi sunt usq ad matutinum
tantum.

Dominc dns nr. Quam admirabile
gloriam dei Domini est terra et plenitu
do eius. loco supascpta dicuntur. in

fr. scripta die martis et die uenens. mi
Eprie tua et c. psalmus.

Ructauit cor meum uerbum
bonum. dico ego opera
mea regi. Lingua mea
calamus scribe uelociter scribentis.
Speciosus forma prefilys hominū. dif
fusa est gratia in labys tuis, propterea be
nedixit te deus in eternum. Accingere
gladio tuo super femur tuum potentis
sime. Specie tua et pulchritudine tua.
intende, prospere procede et regna. Propter
ueritatem et mansuetudinem et iusticiam
et deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagitte tue acute pli sub te cadent
in corda inimicorum regis. Sedes
tua deus in seculum seculi. uirga directi

omis unga regm tuū. Dilexisti iustitiam tuam et odisti iniquitatem. propterea unxit te deus deus tuus oleo letitie pconsortibus tuis. Myrra et gutta et casia a uestimentis tuis. a domibus ebureis. ex quibz delectauerunt te filie regum in honore tuo. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circumdata uarietate. Audi filia et uide et inclina aurem tuam. et obliuiscere populum tuum. et domum patris tui. Et concupiscet rex decorē tuum quoniam ipse est dns deus tuus. et adorabunt eum. Et filie tyri in muneribus multitudo tuum deprecabunt omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbrijs aureis. circūamicta uarietatib. Adducentur regi uirgines post eam. proximę eius afferentur tibi. Afferentur in letitia

Et exultatione. adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui dne in omni generatione. et generationē. Propterea populi confitebuntē tibi in eternū et in seculum seculi. Gloria patri et filio. Sicut erat. ant. Species tua. et pulchritudo tua. intende prospere procede et regna. Antiphona. Adiuuabit eam. ps. cxl.

Deus noster refugium et uirtus. adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra. et transferentur montes in cor maris. Sonuerunt et turbate sunt aque eorum. conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. sanctificauit tabernaculum suum et

altissimus. Deus in medio eius non
commouebitur adiuuabit eam deus
mane diluculo. Conturbate sunt
gentes et inclinata sunt regna. dedit
uocem suam mota est terra. Dominus
uirtutum nobiscum. susceptor noster deus
iacob. Uenite et uidete opera domini q
posuit prodigia super terram. auferens
bella usq; ad fines terre. Arcum conte
ret et confringet arma. et scuta comburet
igni. Uacate et uidete quoniam
ego sum deus. exaltabor in gentibus
et exaltabor in terra. Dominus uirtutum
nobiscum. susceptor noster deus iacob
Gloria patri et filio. Sicut erat. ant
Habitabit deus multa suo immc
dio eius non commouebitur. antphona
Sigit letanie ps.
Fundamenta eius in montibus
sanctis diligit dominus portas

Sion super omnia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.
Memor ero rahab et babilonis scientium
me. Ecce alienigene et tyrus et
populus ethiopum hij fuerunt illic. Nunquid
sion dicet ho. ho natus est in ea et
fundauit eam altissimus. Dominus narrabit
in scripturis populorum et principum
horum qui fuerit in ea. Sicut le
titantium omnium habitatio est
in te ~~sancta dei genitrix~~ V. Diffusa
est gratia in labijs tuis. R. Pro
pterea benedixit te deus in eternum.
Infrascripti tres psalmi dicunt ad noctur
num die mercurij et die sabbati cum
suis antiphonis ant.
Gaude maria uirgo. ps.
Cantate domino canticum nouum
cantate domino omnis terra.
Benedicite deo et benedicite nomini e-

Enunciate de die in diem salutare
eius. Annunciate inter gentes gloriam eius in omnibz populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis. terribilis est sup omnes deos. Quoniam omnes dij gentiu demonia. dominus aut celos fecit. Confessio et pulcritudo in conspectu eius. sanctimonia et magnificencia in sanctificatione eius. Afferte domino patrie gentium. afferte domino gloriam et honorē. afferte domino gloriam nomini eius. Tollite hostias et introite in atria eius. adorate dominū in aula sancto eius. Commoueatur a facie eius uniuersa terra. dicite in gentibz quia dns regnauit
Etenim correxit orbem terre qui
nō commouebit. iudicabit populos i
equitate. Letent celi et exultet terra. commoueatur mare et plenitudo eius gaudebunt campi et omnia que in eis sunt. Tunc exultabunt oia ligna siluarum a facie domini quia uenit. quoniam uenit iudicare terra. Iudicabit orbem terre in equitate et populos in ueritate sua. Glia patri et. Sic erat. ant. Gaude maria uirgo cunctas hereses sola interemisti in uniuerso mundo. ant. Dignare me laudare te. ps.
Dominus regnauit exultet terra
letentur insule multe. Nubes et caligo in circuitu eius. iusticia et iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum precedet. et inflamabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgora eius orbi terre. uidit et commota est terra. Montes

sicut cera fluxerunt a facie dñi. a facie
dominum omnis terra. Annuntiauc
runt celi iusticiam eius. et uiderunt
omnes ppli gliam eius. Confun
dant omnes qui adorant sculptilia
q̄ gloriantur in simulacris suis.
Adorate eum omnes angeli eius. au
diuit et letata est syon. Et exul
tauerunt filie iude. propt iudicia tua
dñe. Quoniam tu dns altissim⁹
sup omnē terrā. nimis exaltatus es
super omnes deos. Qui diligitis do
minū odite malum. custodit dominus
animas sanctorum suorum. de manu
peccatoris liberauit eos. Lux orta
est iusto et rectis corde letitia.
Letamini iusti in domino et confitemi
ni memorie sanctificationis eius.
Gloria patri. Sicut. Antiphona.
Cognant me laudant te turgo sancta

Da michi uirtutem cō tuos hostes tuos.
Ps. Post partum uirgo. Ps.
Cantate dño canticum nouum
q̄ mirabilia fecit. Saluauit
sibi dextera eius et brachium sanctū
eius. Notum fecit dominus salutā
re suum. in aspectu gentium reuelauit
iusticiam suam. Recordatus est ꝑ
misericordie sue. et ueritatis sue domꝰ
israel. Uiderunt omnes termini ter
re. salutare dei nri. Iubilate deo oīs
terra. cantate et exultate et psallite.
Psallite domino in cythara in cythara
et uoce psalmi in tubis ductilibus et
uoce tube cornee. Iubilate in aspec
tu regis domini. moueatur mare et
plenitudo eius. orbis terrarum et uni
uersi qui habitant in eo. Flumina
plaudent manu simul montes exulta
bunt a aspectu domini. qm̄ uenit iudi

cant terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia & populos in equitate. Gloria patri. Sicut erat. ℣. Post partum virgo inviolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. ℟. Pater noster secreto. Et ne nos inducas in temptationem. ℟. Sed libera nos a malo.

Precibus et meritis beate marie virginis & omnium sanctorum perducat nos dominus ad regna celorum. ℟. Amen. ℣. Benedicamus domino benedicere. benedicto. Nos cum prole pia benedicat virgo maria. ℟. Amen

Lectiones ut supra. Sabbato ante aduentum mutat officium sancte marie virginis quod celebramus secundum subscriptum modum ab isto die

Usq; ad uigiliam natalicias domini ad uesperas ℣.

Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & semper et in secula seculorum amen alla. ant. Missus est angelus gabriel ad mariam virginem. ps cl. Dixit dominus. ant. Missus est gabriel angelus ad mariã virginem desponsatam ioseph. ant. Ave maria. ps cl. Laudate pueri dominũ. ant. Ave maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus alla. ant. Ne timeas maria. ps cl. Letatus sum. ant. Ne timeas maria inuenisti enim gratiam apud dominũ ecce concipies & paries filium alla. ant. Habit emanuel. ps cl. Nisi domi

mus ædificauerit domũ. .mapłona.
Dabit dominus sedem dauid patris
eius & regnabit in domo iacob in eter
nũ. ãn. Ecce ancilla domini. ps dc.
Laudate pueri dñm. ãn. Ecce ancilla
domini fiat michi sm̃ ũbum tuum.
Egredietur virga de radice ihesse
esse. & flos de radice eius ascen
det & requiescet sup eum spiritus dñi
Deo gratias. hymnus. Hec
magnus stella. Do effusa est gratia in
labijs tuis. propterea benedixit te deus
in eternũ. Ad magnificat ãn.
Spiritus sanctus descendet in te maria
ne timeas habebis in utero filiũ dei alleł.
Domine exaudi oracionem meã. Et
clamor meus ad te veniat. Oremꝰ
Deus qui de beate marie oratio.
virginis utero ũbum tuum an
gelo nuntiante carnem suscipere uolu
sti. presta supplicibus tuis. ut qui ue
re eam genitricem dei credimus eius
apud te intercessionibus adiuuemꝰ
per eundem xpm dñm nm. amen.
Ecce dns veniet & omnes sancti eius
cum eo. & erit in die illa lux magna
alleł. Ecce apparebit dominus super
nubem candidam. Et cum eo sanctorũ
milia. Oremus. oratio.
Gressibus nris quesumus
domine ubique adesto & purifica ut
veniens ihesus xps filius tuus do
minus nr cum omnibꝫ sanctis tuis pa
ratum sibi in nobis inueniat mansi
onem. Qui tecum uiuit & regnat in
unitate spiritus sci deus. per omnia
secula seculorũ Amen. Supra sc̃
pter orationes antiphonę & V. predicto
modo dicamꝰ per omnes horas Ad
magnificandũ mutatorium vnum. ãn

ps V et omnia non mutamꝫ lectiones usqz ad lectiones preterm̃t nom ps scilicet. Post partum uirgo. loco cu ius dicitur antiphona. Angelus do mum nuntiauit marie 7 concepit de spi ritu sancto. alla. Lectio prima.

Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatẽ galilee cui nomen nazareth ad uirginem desponsatam uiro cui no men erat ioseph de domo dauid 7 nom uirginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Ave gratia plena dominꝰ tecum benedicta tu in mulieribus. Tu autem domine. R. eo gratias. Rn.

Missus est gabriel angelus ad mariam uirginem desponsatam ioseph nuntiare ei uerbum. Et exp̃uescat uirgo de lu mine ne timeas maria inuenisti enim gratiam apud dominũ. Ecce concipies et paries filium 7 uocabit̃ altissimi filius

Vs. Dabit ei dominus deus sedem dauid patris eius 7 regnabit in domo iacob in eternũ. Ecce concipies et pa nes filium 7 uocabitur altissimi filius.

Lectio secunda.

Cum audisset turbata est in ser mone eius. et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei Ne timeas maria inuenisti enim gratiã apud dominum. Ecce concipies in ute ro 7 paries filium et uocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus 7 filius altissimi uocabit̃. Et dabit illi domi nus deus sedem dauid patris eius et regnabit in domo iacob in eternum. et regni eius non erit finis. Tu autem do mine mihi miserere. R. Deo gratias

R Ave maria gratia plena dominꝰ tecum. Spiritus sanctus superueniet i te 7 uirtus altissimi obumbrabit tibi

Quod enim exte nascetur scm cuocabit filius dei. Versus. Quomodo fiet istud qm unum non cognosco. et respondens angelus dixit ei ~~autem ma~~ ria. Spiritus scs superuenict in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi Quod enim exte nascetur scm cuocabit filius dei. Lectio tertia.

Exurgens aute maria ab angelum quo fiet istud qm uiri non cognosco. Et respondens angelus dixit ei. Spiritus scs superuenict in te et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; qd exte nascetur scm uocabit filius dei. Et ecce elisabeth cognata tua et ipa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que uocat sterilis. Quia non erit impossibile apud deu omne uerbum. Dixit aute maria. Ecce ancilla domini fiat michi scm uerbum tuum. Et

Suscitem domine. R. Deo gratias Suscipe uerbum uirgo maria qd tibi a domino per angelum transmissum est. concipies deum patre et hominem. ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. Versus. Ames quare filium et uirginitatis no paciens detrimentum. effulgens gratia dei et eius mater semper inuiolata. Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. V. Gloria patri et filio et spiritui scto. Inter omnes mulieres In laudibz

Missus est gabriel angelus ad. ad mariam uirginem desponsatam ioseph. ps dñi. Dominus regnauit. ant. Aue maria gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus alla ps Iubilate deo. ant. Et tunc as maria inuenisti enim gratiam apud dñm. ecce concipies in utero et paries filium alla. ps Deus deus meus

ant. Dabit ei dominus deus sedē
dauid patris eius & regnabit in domo
in eternum. ps. Benedicat omnia
ant. Ecce ancilla domini fiat michi
sm̄m̄ tuum. ps. Laudate do
minū de celis. Caplm.

Egredietur virga de radice yesse &
flos de radice eius. ascendet et re
quiescet sup eum spiritus domini. R.
Deo gratias. Hymnū ps̄alm per
omnes horas dicam̄ sicut ante dic
tum p̄ter versiculos none & ympletorij.
Ad benedictus ant. Sps sanctus in
te descendet maria ne timeas habebis
in utero filium dei alti. oro ut sup̄ ad
uesperas. Ad primam caplm.

Ecce virgo concipiet & pariet filium et
uocabitur̄ nomen eius hemanuel bu
tirum & mel comedet ut sciat reprobare
malum & eligere bonum. R. Deo
gratias. Dignare me laudare te
virgo sacrata. R. Da michi virtutē
contra hostes tuos. Ad tertiam caplm.
Egredietur virga. Ad sextam caplm.
Dabit ei dominus deus sedem da
uid patris eius & regnabit in do
mo iacob in eternū. & regni eius nō
erit finis. R. Deo gratias. Versus.
Benedicta tu in mulieribus. R. Ns̄um.
Et benedictus fructus ventris tui. Ad
nonā caplm. Ecce virgo concipiet
℣. Angelus dñi nunciauit marie
℟. Et concepit de spiritu sancto.
Ad uesperas ant. Missus est gabri
el angelus ad mariam. cum reliqus
ant de laudibus psalmi consueta capi
tulum. Egredietur virga. Ad ma
gnificat ant. Spiritus sanctus in
te descendet maria. Ad cōplectorum
capitulum. Ecce virgo concipiet

Ang̃elus dñi nunciauit mar
Et concepit de spiritu sancto. Ao
nunc dimittis ancilla. Spiritus san
ctus in te descendet maria. Notandū
q̃ a prima die post octauam natiuitatis
dñi usq; ad purificationē fit officiū
de virgine mane sicut in aduentu excep
to q̃d ad omnes horas dicat̃ de ip̃a.
Deus qui salutis eterne Ad hoc
ombus de aplis cum aliis ad omnes
horas sicut scriptum est in officio in te
aduentum. Item ad laudes et ad ue
speras et per omnes horas dicam̃ sub
scripte antiphone.
Admirabile cōmercium creator g̃ris
humanam animatū corpus sumens
de virgine nasci dignatus est et procedēs
homo sine semine largitus est nobis
suam deitatem. ps dñs. Dominus rḡ
nauit. ant. Quando natus es meam bi
liter ecce virgine. tunc implete sunt scrip
ture. sic pluuia in vellus descendisti ut
salutem faceres generi humano laudā
mus te deus noster. ps. Iubilate
deo. ant. Rubum quē viderat mov
ses consumi non ignominiā tuā laudā
bilem virginitatē dei genitrix intellexe
p nobis. ps dñs. Deus deus meus.
ant. Cernimus nitide verse orti
est stella ex iacob virgo peperit saluato
rem te laudamus deus mr. ps dñs.
Benedicite omnia. ant. Ecce vir
go genuit nobis saluatorem quem io
hannes videns exclamauit dicens. Ec
ce agnus dei ecce qui tollit peccata mū
di alla. ps dñs. Laudate dñm de celis
Ao benedictus ant. Cum iubilo misterii
declaratur hodie innouatur natura
deus homo factus est id quod fuit per
mansit et quod non erat assumpsit nō

non omixtionem passus neq; diuisio
nem. ℣o mag̃ ℟o nic dimittis ant.
Magnum hereditatis misterii templi
dei factus est uterus nescaens uirū nō
est polutus ex ea carnem assumens ōs
gentes uenient dicentes gloria tibi ℟
domine. ℣ Sciendum q̃ ab octaua
pasce usq; ad ascensionem dñi fit
officium b̃te uirginis mane sic ante
aduentum excepto q̃ ad b̃ndictus ℟o
mag̃ ℟o. nunc dimittis dicit̃ hec ant
Regina celi letare alla. q; quē meruisti ℟
portare alla resurrexit sicut dix alla. ora
pro nob̃ deū alla. ℣ Sabbato primo
de aduentu usq; ad natiuitatē domini
dicit̃ antiphona:
Alma redemptoris ℟
mater que pia dei porta manens et
stella maris succurre cadenti surgere q
curat pplo tu q genuisti natura mirā
te tuum sanctum genitorem uirgo pri

us ac posterius gabriel ab ore sumens
illud aue peccatorum miserere. ℣ Ana
uiuente dñm usq; ad purificationē cāta
tur hec ant. Ave regina celorū. aue
dominā angelorum. salue radix sancta.
ex qua mundo lux est orta. Gaude glo
riosa sup omnes speciosa. uale ualde de
cora. ℟ p nobis semper xp̃m exora.
℣ A purificatione usq; ad pascha. ℟ ab
octaua usq; pentecostes usq; ad aduen
tum dicit̃ hec antiphona.
Salue regina misericordie uita dulce
do ℟ spes nr̃a. Ad te clamamus
exules filij hee. Ad te suspiramus ℟
gementes ℟ flentes in hac lacrimarum
ualle. Eya ergo aduocata nr̃a illos ℟
tuos misericordes oculos ad nos conu̅ert
Et ihesum benedictum fructum uen
tris tui nobis post hoc exilium ostende.
O clemens. o pia. o dulcis uirgo ma

na. ℣. Diganat me laudare te virgo
sacrata. ℟. Da mihi virtutem contra
hostes tuos. ℣. Ave maria gratia
plena dominus tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribus et benedi
ctus fructus ventris tui. ℣. Do
mine exaudi orationem meam. ℟. Et
clamor meus ad te veniat.

Oremus. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui
gloriose virginis matris marie
corpus et animam ut dignum filii tui
habitaculum effici meruit spiritu sancto
cooperante preparasti da ut cuius
commemoratione letamur a pressuris
sione ab instantibus malis et a morte
perpetua liberemur. Per eundem dominum
nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum vivit
et regnat in unitate spiritus sancti deus
per omnia secula seculorum. Amen Versus

Dominus exaudi orationem meam. ℟. Et
clamor meus ad te veniat. Versus
Benedicamus domino. ℟. Deo gratias ℣. Fi
delium animae per misericordiam dei requiescant in pa
ce. ℟. Amen. Ver. Dominum auxilium
manet semper nobiscum. ℟. Amen.

Explicat totum officium sancte ma
rie virginis.

Incipit officium de spiritu sancto. In

Domine labia mea

Alpnes. ℟. Et

os meum annuntia

bit laudem tuam. ℣.

Deus in adiutorium meum inte

de. ℟. Domine ad adiuuandum

dum me festina. Gloria patri et fi

lio et spiritui sancto. Sicut erat

in principio et nunc et semp et in secu

la seculorum amen alla. hymnus.

Sancti spiritus gratia sit

Data de qua virgo virginum fuit obum

brata. cum p sanctum angelum fuit salu

tata. ubum caro factum est virgo fe

cundata. Gloria patri et filio et

spiritui sancto. Sicut erat in prin

cipio et nunc et semp et in secula secu

lorum Amen. Versus.

Veni sancte spiritus et reple tuorum

corda fidelium et tui amoris ignem accende. Do

mine exaudi orationem

meam. ℟. Et clamor meus ad

te veniat. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus

da nobis illam sancti spiritus gra

tiam quam tuis discipulis in die sco

pentecostes transmisisti. Qui uiuis

et regnas in unitate eiusdem spiritus

sancti deus: p omnia secula seculorum.

Domine exaudi orationem meam. ℟.

Et clamor meus ad te veniat. ℣

ndeuson. ℟ vnde uson. ℣ vnde uso.
℣ Benedicamus dnō. ℟ Deo gr̄as
Ad primam versus.
Omne labia mea aperies. ℟ Et
os meum annūciabit laudē tuam.
Deus in adiutorium meum intende. ℟ Domine ad adiuuandū me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen Alla. Hymnus.
Ex ūgine filius xps fuit natus
crucifixus mortuus atq; tumulatus. resurgens discipulis fuit ostensus. et ipis cernentibus ad celos est elevatus. Gloria patri. Sicut. Versus.
Em sce spiritus et reple tuorum
corda fidelium. et tui amoris in

cis ignem accende. ℟ Domine
exaudi oronem meam. ℟ Et clamor
meus ad te ueniat. Oro
Omnipotens sempiterne deus da
nobis illam sācti spiritus gratiam
quam tuis discipulis in die sancto
pentecostes transmisisti. Ac tuum
regnas in unitate eiusdē spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum
Amen. ℣ Domine exaudi oronem
meam. ℟ Et clamor meus ad te
ueniat. ℟ vnde uson. ℣ Benedicamus dnō. ℟ Deo gr̄as. Ad
Domine labia mea aperies. et os meum annūciabit laudē tuam.
Deus in adiutorium meum intende. ℟ Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et fi

lio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen Alla. hymnus.

Summus pacificus fluit appellatio
num dei cantus fons luminis
tis. spiritalis unctio ignis inflammat
septiformis gratia caritatis.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et
semper et in secula seculorum Amen. V.

Ostm sancte spiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem accende. V. Domine ex
audi orationem meam. R. Et clamor
meus ad te veniat. Oro.

Omnipotens sempiterne deus da
nobis illam sci spiritus gra
tiam quam tuis discipulis in die sanc
to pentecostes transmisisti. Qui tu
es et regnas in unitate eiusdem spiritus

Sancta deus. Per omnia secula seculorum amen. V. Domine exaudi orationem
meam. R. Et clamor meus ad te ve
niat. V. Benedicamus
domino. R. Deo gratias. Ad nonam. V.

Domine labia mea aperies. R.
Et os meum annuntiabit lau
dem tuam. Versus.

Deus in adiutorium meum intende. R. Domine ad adiuvandum
me festina. Gloria patri et fi
lio et spiritui sancto. Sicut erat in
principio et nunc et semper et in secula
seculorum amen. Alla. hymnus.

Septiformis gratiam tunc acce
perunt. quum variis
peti cognoscuntur ad diffusa mundi di
mata accesserunt et fidem catholicam
predicaverunt. Gloria patri et filio et

Sicut erat ꝙ̃. Versus.

Veni sc̃e spiritus et reple tuoꝝ corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. ℣. Dominе exaudi oratiõnem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sc̃i spiritus gratiam quam tuis discipulis i die sc̃o pentecostes transmisisti. Qui tu tus et regnas in unitate eiusdẽ spiritus sancti deus. Per omnia secula seculoꝝ. Amen. ℣. Dominе exaudi oratiõnem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. kyrieleyson. kyrieleyson. kyrieleyson. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Ad nonam. ℣. Dominе labia mea aperies et os meum annunciabit laudem tuam.

Versus

Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculoꝝ Amen. Alla. Hymnus.

Veni creator spiritus mentes tuorum visita imple superna gratia quae tu creasti pectora. Qui paraclitus diceris donum dei altissimi fons vivus ignis caritas et spiritalis unctio. Tu septiformis munere dextre patris es digitus tu rite promissum patris sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus infunde amorem cordibus infirma nostri corporis virtute firmans perpeti. Hostem repellas longius pacemque dones protinus ductore sic te previo vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem noscamus atque filium te utriusque spiritum credamus omni tempore. Sit laus patri cum filio sancto simul paraclito nunc et per omne seculum. Amen.

Veni sancte spiritus et reple ℣. tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. ℣. Dominе exaudi oratiõnem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sc̃i spiritus gratiam quam tuis discipulis in die sc̃o pentecostes transmisisti. Qui unus et regnas

in unitate eiusdem spiritus sancti deus
Per omnia secula seculorum Amen. ℣.
Dominе exaudi oronem meam. ℟.
Et clamor meus ad te veniat. kyn
eleyson. kyrieleyson. kyrieleyson. ℣.
Benedicamus domino. ℟. Deo gra
cias. Ad completorium ℣.
Deus in labia mea aperies. ℟.
Et os meum annunciabit la
udem tuam. ℣. Ius.
Deus in adiutorium meum in
tende. ℟. Domine ad adiu
vandum me festina. Gloria patri
et filio et spiritui sancto. Sicut
erat in principio et nunc et semper
in secula seculorum Amen. alla.
Conuertе nos deus salutaris nr
℟. Et auertе iram condignam
tam a nobis. hymnus.
In horas canonicas cum deno

tione tibi sancte spiritus pia oratio
dica ut nos tui inspiratione. illuminemus
in celi regione. Gloria patri et filio
et spiritui sancto. Sicut ℣.
Veni sancte spiritus et reple tuor
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem accende. ℣. Domine ex
audi oronem meam. ℟. Et clamor
meus ad te veniat. oratio.
Omnipotens sempiterne deus
qui nobis illam sancti spiritus
gratiam quam tuis discipulis in die
sancto pentecostes transmisisti. Qui tu
mus et regnas in unitate eiusdem spiritus
sancti deus. Per omnia secula seculor
Amen. ℣. Domine exaudi oronem
meam. ℟ Et clamor meus ad te
veniat. kyrieleyson. kyrieleyson. kyrie
leyson. ℣. Benedicamus domino.
Responsum. Deo gratias

Incipiunt septem psalmi penitentiales. Antiphona. Ne reminiscaris domine.

Domine ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. Miserere mei domine quoniam infirmus sum. Sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde. sed tu domine usq; quo conuertere domine. et eripe animam meam. saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte qui memor sit tui in inferno autem quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem quoniam exaudiuit dominus uocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam dominus orationem meam suscepit. Erubescant et conturbentur uehementer omnes inimici mei. conuertantur et erubescant ualde uelociter

Beati quorum remisse ps dc. sunt iniquitates. et quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea. dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua conuersus sum in erumpna mea dum confingitur spi

Delictum meum cognitum tibi feci.
et iniustitiam meam non abscondi.
Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Verumtamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum ab tribulatione que circumdedit me. exultatio mea erue me a circumdantibus me. Intellectum tibi dabo et instruam te in uia hac qua gradieris. firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. In camo et freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris. sperantes autem in domino misericordia circumdabit. Letamini in domino et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde. Gloria patri et filio. et spiritui sancto. Sicut erat. ps dl.

Domine ne in furore tuo arguas me. neque in ira tua corripias me quoniam sagitte tue infixe sunt mihi. et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea. a facie ire tue. non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee mee. a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum usque in finem. tota die contristabar ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum

et humiliatus sum nimis. rugiebam
a gemitu cordis mei. Domine an
te te omne desiderium meum. et gemi
tus meus a te non est absconditus
Cor meum conturbatum est in me. de
reliquit me virtus mea. et lumen ocu
lorum meorum. et ipsum non est mecu.
Amici mei et proximi mei adversum
me appropinquaverunt et steterunt. et
qui juxta me erant de longe steter
unt. et vim faciebant qui quaerebant
animam meam. Et qui inquirebant
mala mihi locuti sunt dolos et
dolos tota die meditabantur. Ego
autem tamquam surdus non audi
ebam et sicut mutus non aperiens os
suum. Et factus sicut homo non
audiens et non habens in ore suo
ultiones. Quoniam in te domine speravi
tu exaudies me domine deus me

Quia dixi nequando supergaudeant
mihi inimici mei. et dum commoventur
pedes mei. super me magna locuti sunt
Quoniam ego in flagella paratus sum.
et dolor meus in conspectu meo sem
per. Quoniam iniquitatem meam an
nuntiabo. et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei vivunt et confir
mati sunt super me et multiplicati sunt qui
oderunt me inique. Qui retribuunt
mala pro bonis detrahebant mihi quo
niam sequebar bonitatem. Ne derelin
quas me domine deus meus ne discesseris
a me. Intende in adjutorium meum
domine deus salutis mee. Gloria
patri. Sicut et c. ps. cl.
Miserere mei deus secundum ma
gnam misericordiam tuam. Et
secundum multitudinem miserationum
tuarum dele iniquitatem meam.

Amplius laua me dñe ab iniq
tate mea. & a peccato meo munda me
Quoniam iniquitatem meam ego
cognosco. et peccatum meum cont̃
me est semper. Tibi soli peccaui &
malum coram te feci ut iustificeris i
sermonibus tuis et uincas cum iu
dicaris. Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum. & in peccatis meis cõ
cepit me mater mea. Ecce enim i
ueritatem dilexisti incerta et occulta
sapientie tue manifestasti michi.
Asperges me dñe ysopo & mundabor lauabis me & super niuem de
albabor. Auditui meo dabis gau
dium et letitiam et exultabunt ossa
humiliata. Auerte faciem tuam a pec
catis meis. & omnes iniquitates
meas dele. Cor mundum crea in
me deus. & spiritum in rectum in nouis

in uisceribus meis. Ne proicias
me a facie tua et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me. Redde michi letitiam salutaris tui et spiritu principali
confirma me. Docebo iniquos uias
tuas et impii ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus
salutis mee et exultabit lingua mea
iustitiam tuam. Domine labia mea
aperies et os meum annũciabit laudem tuam. Quoniam si noluisses sacrifi
cium dedissem utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo
spiritus contribulatus cor contritum
et humiliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona uoluntate
tua sion ut edificentur muri ierusa
lem. Tunc acceptabis sacrificium
iustitie oblationes & holocausta. tunc
imponent super altare tuum uitulos.

Gloria patri et filio. Sicut erat
ꝛc. ps dñi.

Domine exaudi oronem meã.
et clamor meus ad te veniat
non auertas faciem tuam ame unq̃
cũq; die tribulor inclina ad me aurẽ
tuam In quacũq; die invocauero
te velociter exaudi me. Quia defece
runt sicut fumus dies mei. et ossa mea
sicut gremium arserunt. Percus
sus sum ut fenũ et aruit cor meum. q;
obliitus sum comedere panẽ meum.
A voce gemitus mei adhesit os meũ
carni mee. Similis factus sum pelli
cano solitudinis factus sum sicut n
ticorax in domicilio. Vigilaui et fa
ctus sum sic passer solitarius in tecto.
Tota die exprobabant mi inimici
mei. et qui laudabãt me adũsum me iu
rabant. Quia cinerem tanquam
panem manducabam et potum meũ
cum fletu miscebam. A facie ire
indignationis tue quia elevans allisti
me. Dies mei sicut umbra declina
verunt. et ego sicut fenũ arui. Tu
autem domine in eternũ permanes. et
memoriale tuum in generationem et ge
nerationem. Tu exurgens misereb
ris sion. quia tempus miserendi eius
quia venit tempus. Quoniam pla
cuerunt servis tuis lapides eius. et ter
re eius miserebunt. Et timebunt
gentes nomen tuum dñe. et omnes re
ges terre gloriam tuam. Quia edi
ficauit dominus sion. et videbit in glo
ria sua. Respexit in oratione humilium
et non sprevit preces eorum. Scribã
tur hec in generatione altera. et popul?
qui creabitur laudabit dñm. Quia
prospexit de excelso sancto suo et dñs

de celo in terram aspexit. Ut au
diret gemitus compeditorum ut
solueret filios interemptorum. Ut
annuntient in syon nomen domini
et laudem eius in ierusalem. In
conueniendo populos in unum et reges
ut seruiant domino. Respondit
ei in via uirtutis sue. Paucitatem dierum
meorum nuntia mihi. Ne reuoces me in
dimidio dierum meorum. In gene
ratione et generationem anni tui
Initio tu domine terram fundasti
et opera manuum tuarum sunt celi
Ipsi peribunt tu autem permanes. et
omnes sicut uestimentum ueterescent
Et sicut operimentum mutabis eos et
mutabuntur. tu autem idem ipse es et
anni tui non deficient. Filii seruo
rum habitabunt et semen eorum in
seculum dirigetur. Gloria patri et

Sicut erat et c. ps cxl.

De profundis clamaui ad te do
mine. domine exaudi uocem me
am. Fiant aures tue intendentes
in uocem deprecationis mee. Si
iniquitates obseruaueris domine.
domine quis sustinebit. Quia a
pud te propitiatio est et propter legem
tuam sustinui te domine. Sustinu
it anima mea in uerbo eius speraui
anima mea in domino. A custodia
matutina usque ad noctem. speret israel in
domino. Quia apud dominum mi
sericordia et copiosa apud eum redem
ptio. Et ipse redimet israel ex om
nibus iniquitatibus eius. Glo
ria patri. Sicut et c. ps cxl.

Domine exaudi orationem mea
m. aures pertende obsecrationem mei
in ueritate tua exaudi me in tua iusti

tu. Et non intres in iudicium cum
seruo tuo. quia non iustificabitur in
conspectu tuo omnis uiuens. Quia
persequitur inimicus anima mea
humiliauit in terra uitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mor
tuos seculi. et anxiatus est super me spi
ritus meus. in me turbatum est cor me
um. Memor fui dierum antiquorum
meditatus sum in omnibus operibus
tuis. in factis manuum tuarum medi
tabor. Expandi manus meas ad te
anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me dñe defecit spi
ritus sp meus. Non auertas faciem
tuam a me. et similis ero descendentibus
in lacum. Auditam fac michi mane
misericordiam tuam quia in te speraui
Notam fac michi uiam in qua ambu
lem. quia ad te leuaui animam mea.

Eripe me de inimicis meis domine. ad
te confugi. doce me facere uoluntatem
tuam quia deus meus es tu. Spi
ritus tuus bonus deducet me in terram
rectam. propter nomen tuum dñe uiui
ficabis me in equitate tua. Educes
de tribulatione animam meam. et in
misericordia tua disperdes inimicos me
os. Et perdes omnes qui tribulant
animam meam quoniam ego seruus
tuus sum. Gloria patri et filio et
spiritui sancto. Sicut erat in princi
pio et nunc et semp et in secula seculo
rum amen. Ne reminiscaris de
licta nra uel parentum nostrorum
neq; uindictam sumas de peccatis nris

Explicuit septem psalmi penitentiales.

Incipiunt letanie.

Kyrieleyson. Xpe
leyson. Kyrie ley
son. Xpe audi
nos. Xpe exaudi nos. Pater
de celis deus miserere nobis. Fili
redemptor mundi deus miserere no
bis. Spiritus sancte deus miser
re nobis. Scā trinitas unus deꝰ
miserē nobis. Scā maria or
Scā dei genitrix ora pro nobis.
Sancta virgo virginum or
Sancte michael or
Sancte michael gabriel or
Sancte raphael or
Omnes sancti angeli et archangeli
orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum spirituum
ordines orate pro nobis.
Sancte johannes baptista or.
Omnes sancti patriarche & prophe.
te orate pro nobis.
Sancte petre . or.
Sancte paule . or.
Sancte andrea . or.
Sancte jacobe . or.
Sancte johannes . or.
Sancte thoma . or.
Sancte jacobe . or.
Sancte philipe . or.
Sancte btholomee. or.
Sancte matheꝰ. or.
Sancte symon . or.
Sancte thadee . or.
Sancte barna or.
Scē luca or.
Sancte marce or
Omnes sancti apostoli & evāgeliste

orate pro nobis.

Omnes sancti discipuli dñi orate p.

Omnes scī innocentes orate p nobis.

Sancte stephane. or.

Sancte laurenti. or.

Sancte vincenti. or.

Sancte fabiane or

Sancte sebastiane or

Sancte cristofore or

Sancti iohannes & paule orate p nob

Sancti cosma & damiane orate p nob

Sancti gervasi & protasi orate p nob.

Sancte blasi or

Omnes sancti martires orate p nob

Sancte silveste or.

Sancte gregori or.

Sancte martine or.

Sancte augustine or.

Sancte ambrosi or

Sancte ieronime or.

Sancte nicholae or.

Sancte galle or.

Omnes sancti pontifices & doctores orate pro nobis. or.

Sancte benedicte or.

Sancte paule prime heremite or.

Sancte anthoni or

Sancte bernarde or.

Sancte lodowice or.

Sancte antonine or.

Sancte lodowice or.

Sancte francisce or.

Omnes sancti monachi & heremite orate pro nobis

Omnes scī sacerdotes & levite orate pro nobis.

Sancta maria magdalene or.

Sancta agnes or.

Sancta katherina or.

Sancta lucia or.

Sancta agnes. or.
Sancta margarita. or
Sancta cecilia. or.
Sancta veronica. or.
Sancta dana. or.
Omnes sce virgines et vidue or.
Omnes sci et sancte dei orate pro nr.
Propicius esto parce nobis domine
Propitius esto exaudi nos dne.
Ab omni malo libera nos domine.
Ab omni peccato libera nos dne
Ab ira tua libera nos domine
A subitanea et improvisa morte L
Ab insidijs diaboli L
Ab ira et odio et omni mala voluntate libera nos domine.
A spiritu fornicationis L.
A fulgore et tempestate L
A morte perpetua L
Per mysterium sancte incarnacionis tue

Libera nos domine
Per aduentum tuum. L.
Per ba nativitate tuam. L
Per baptismum et sanctum ieiunium tuum libera nos domine.
Per mortem et sepulturam tuam L.
Per sanctam resurrectionem tuam L.
Per admirabilem ascensionem tuam L.
Per aduentum spiritus sancti paracliti libera nos domine.
In die iudicij libera nos domine
Peccatores te rogamus audi nos
Ut nobis parcas te rogamus audi nos.
Ut ad veram penitentiam nos perducere dignens te rogamus audi nos
Ut ecclesiam tuam sanctam regere et conservare dignens te rogamus audi nos.
Ut domnum apostolicum et omnes ec

clesiasticos ordines in sancta religione
conseruare digneris te rogamus audi
nos.
Ut regibus et principibus xpianis
pacem et ueram concordiam donare di-
gneris te rogamus audi nos.
Ut cuncto populo xpiano pacem et
unitatem largiri digneris te.
Ut nos michi pos in tuo sancto seruitio
confortare et conseruare digneris te ro
gamus audi nos.
Ut mentes nras ad celestia desideria
erigas te rogamus audi nos.
Ut cunctas tuas quas guberno et
cum omni populo regere et conserua
re digneris te rogamus audi nos
Ut omnibus benefactoribus nris
sempiterna bona retribuas te rogam9
audi nos. Ut animas nras et ppin
quorum nror. ac benefactorum ab
eterna damnatione eripias te roga
mus audi nos.
Ut fructus terre dare et conseruare di
gneris te rogamus audi nos.
Ut omnibz fidelibus defunctis requiem
eternam donare digneris te rogamus
audi nos.
Ut nos exaudire digneris te rogam9
audi nos.
Fili dei te rogamus audi nos.
Agnus dei qui tollis peccata mundi
parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi
exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi
miserere nobis Xpe audi nos.
Xpe eleyson. Kyrieleyson.
Xpe eleyson. Kyrieleyson.
Pater noster. Et ne nos inducas
in temptationem. Sed libera nos

Amen. Versus.
Domine exaudi oronem meam. R.
Et clamor meus ad te veniat.
Oremus. Oro.
Deus cui proprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationem nram q nos q omnes famulos tuos quos delictorum catena constringit tue miserationis pietas absolvat. Oro.
Exaudi quesumus domine supplicum preces q confitentium tibi parce peccatis. ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Oro.
Deffabilem nobis domine misericordiam tuam clementer ostende. ut simul nos a peccatis omnibus cunctis q a penis quas pro his meremur cunctis. Oro.

Deus qui culpa offenderis. penitentia placaris. preces populi tui supplicantis propitius respice. q flagella tue iracundie que pro peccatis nris meremur avertis. Oro.
Omnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo. N. q dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis eterne. ut te donante tibi placita capiat q tota intentione perficiat. Oro.
Deus a quo sancta desideria recta consilia q justa sunt que tibi famuli tui dant non pot pace. ut q corda nra mandatis tuis dedita. q hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. Oro.
Hec igne sa spiritus rectos nostros q cor nrm domine ut tibi

casto corpore sumamus et mundo cor
de placeamus.

Deum deus omnium conditor et
redemptor animabus famulorum
famularumque tuarum remissionem cunc
torum tribue peccatorum ut indulgentia
am quam semper optauerunt pia sup
plicationibus consequantur

Actiones nostras quesumus domi
naspirando preueni et adiuua
to prosequere ut cuncta nostra oratio et
operatio a te semper incipiat et per te cepta
finiatur.

Omnipotens sempiterne deus
qui uiuorum dominaris simul
et mortuorum omniumque misereris quo
tuos fore et opere futuros de proposito te su
pplices exoramus ut pro quibus effundere
preces decreuimus quosque uel presens
seculum ad huc in carne retinet uel futura ia

exutos corpore susceperit pietatis tue
clementiam omnium delictorum suorum
ueniam consequantur. Per dominum
nostrum ihesum christum filium tuum. Qui te
cum uiuit et regnat in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula seculorum.
Amen. ℣. Domine exaudi orationem
meam. ℟. Et clamor meus ad te
ueniat. ℣. Benedicamus domino
℟. Deo gratias. ℣. Benedicat et
exaudiat nos omnipotens et miseri
cors dominus. Amen.

Pater noster.

Nichilque multe salutis esse animo
omnia opus est ut teneat catho
licam fidem. Quam nisi quisque in
tegram inuiolatamque seruauerit absque
dubio in eternum peribit. Fides au
tem catholica hec est. ut unum deum in
trinitate. et trinitatem in unitate uene

rnmur. Neq; confundentes perso
nas. neq; substantiam separantes.
Alia enim est psona patris. alia filij.
alia spiritus sancti. Sed patris et
filij et spiritus sancti. una est diuini
tas et equalis gloria coeterna maies
tas. Qualis pater talis filius ta
lis sps sanctus. Increatus pater
increatus filius increatus spiritus sa
ctus. Immensus pater immensus
filius. immensus spiritus sanctus.
Eternus pater. eternus filius. eternus
spiritus sanctus. Et tamen nō tres
eterni sed unus eternus. Sicut nō
tres increati nec tres immensi sz unus
increatus et unus immensus. Simi
liter omnipotens pater omnipotens
filius omnipotens spiritus sanctus.
Et tamen non tres omnipotentes sz
unus omnipotens. Ita deus pater

deus filius deus spiritus sanctus.
Et tamen non tres dij sz unus deus
Ita dominus pater dominus filius
dominus spiritus sanctus. Et tam
non tres domini. sz unus est dominus
Quia sicut sigillatim unamquamq; pso
nam deum ac dominū confiteri xpiana
ueritate compellimur. ita tres deos
aut dominos dicē catholica religione
phibemur. Pater a nullo est factus
nec creatus nec genitus. Filius a
patre solo est nō factus nec creatus
sz genitus. Spiritus sanctus a pa
tre et filio non factus nec creatus nec
genitus sz procedens. Unus ergo pa
non tres patres unus filius non tres
filij. unus spiritus sanctus non tres
spiritus scī. Et in hac trinitate nu
chil prius aut posterius nichil maius
aut minus. sz totae tres psonc. coeter

temc sibi sint ⁊ coequales. Ita ut
per omnia sicut iam supradictum est
et unitas in trinitate. ⁊ trinitas in unita
te veneranda sit. Qui vult ergo sal
vus esse ita de trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad eternam salu
tem. ut incarnationē quoq; dñi nri ie
su xpi fideliter credat. Est ergo fides
recta ut credamus ⁊ confiteamur qz
dominus nr ihesus xps dei filius de
us et homo est. Deus est ex sub
stantia patris ante secula genitus et
homo est ex substantia matris in secu
lo natus. Perfectus deus perfect⁹
homo. ex anima rationali ⁊ humana car
ne subsistens. Equalis patri secun
dum divinitatē minor patre secundu
humanitatē. Qui licet deus sit et
homo non duo tamen. Sed unus ē xps.
Unus autem nō conversione divinita

tis in carne sed assumptione humanita
tis in deum. Unus omnino non cō
fusione substantie sed unitate psone.
Nam sicut anima rationalis ⁊ caro unus
est hō. ita deus et homo unus ē xps.
Qui passus est pro salute nra. descendit
ad inferos tertia die resurrexit a mortu
is. Ascendit ad celos sedet ad dex
teram dei patris omnipotentis. unde
venturus, iudicare vivos et mortuos
Ad cuius adventum oēs homines
resurgent hīt cum corporib⁹ suis. et
